



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

35. Cruce ad purgandum infestum vermibus veneratis locum, & idcirco
inhabitabilem vtitur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

98 CHRISTVS CRVCFIXVS

2. Legendus Sandaus, Opusculo MARIA
MAGNES, Dissertatione V. de Magnete
nautico. Nicolaus Cabeus in Philosophia
Magnetica lib. 3. cap. 5. ubi conatur
probare: Non solum inutiliter, sed omnino
perniciosè fieri versorium magneticum
in formam Crucis. Per perniciosè, in-
telligit, detrimentosè: nimirum, quod
CRVX in eo aliud nihil, quàm pietatem
commendet. Athanasius Kircherus in
Arte Magnetica lib. 2. parte. I.

V.

AMATOR CRVCFIXI

Cruce ad purgandum in festum vermibus
venenatis locum, & idcirco inhabita-
bilem vitur.

35.

S. PIRMI-
NIVS.
Monar-
chus.

Episcopus.

In Ale-
manniam
venit.

S. PIRMINIVS liberalibus artibus eru-
ditus, primum Monachus familiae
D. Benedicti in coenobio S. Mauri Ab-
batis: deinde ad Episcopatum Melden-
sem prouinciæ Senonensis euectus est,
tempore Constantini Papæ V. ubi mox
prædicationis & efficacia & suauitate
singulari omnes longè lateque ad se po-
pulos attraxit.

Post hæc, à Sintlæce, Theodorici Re-
gis Galliarum in Alemanniæ partibus
Præfecto, sanctis ipsius laboribus, &
concioni ipsa die Dominica, ex occa-
sione

sione sacre peregrinationis superueniente rogatus, ut fidei, Pastorum negligētia iam labanti in Alemannia succurreret, Romam, ipso Sintlace post sequente, pro potestate contendit. Ea obtenta, in Alemanniam peruenit.

Et cum in loco, qui dicitur Sintlaciis *Locum*
 Ovva magno cum fructu aliquam diu *venenosis*
 versatus esset, & Sintlaciis filium à sacro *simis ver-*
 fonte suscepisset, rogatus ab eodē Sint- *mibus in-*
 lace, ut templum conderet ac dedica- *cessum in-*
 ret, animum adiecit ad proximam In- *uenit.*
 sulam, Rheno lacoque Veneto ambi-
 tam, eousque vermibus venenatis, ac
 serpentibus infestam repurgandam, &
 monasterium ibidem construendum.
 Sed Sintlace objiciente, non licere lo-
 cum cuiquam adire. serpentum vene-
 nis adeò infamem, ut ne vestigium qui-
 dem quispiam possit in eâ ponere: bo-
 no esse animo iussit Pirminius: esse E-
 uangelij præconibus arma, quibus ob-
 sistant & animi & corporis hostibus:
 esse ipsidem datam potestatem, ut CRV- *CRUCE*
 ce ruti super aspidem & basiliscum am- *munitus*
 bulent, & conculcent leonem ac dra- *ambulas*
 conem, ipsique serpentibus viuificum *super aspi-*
 signum formidantibus nihil formi- *des.*
 dent.

Tum magna fide à parte Rheni
 E 2 nauis

100 CHRISTVS CRVCFIXVS

*Crucis ef-
ficacia
contra ser-
pentes.*

naugio ingressus, CRVGE lignea effor-
mata, Deoque inuocato, vt primum
hanc insulam attigit, ita omnes vene-
natos vermes, vi nominis & Numinis
CHRISTI CRVCFIXI iussit facessere, vt
tribus diebus tribusque noctibus, qua
parte enatabant, aqua vermibus coo-
perta videretur. Non procul à loco ex-
scensionis, fontem precibus impetra-
uit, potantibus, maximè, si febricitent
salutaris: mox vepreta, senticeraque cū
horridis tesquis, extirpauit, paliuros in-
urilesque stirpes euulsit, tandemque
exedificauit Monasterium, pluribus
monasticæ vitæ studio ad eum conflu-
entibus.

*Ex Chronicis Augiensibus, & litteris fun-
dationis & immissionis, Mauri Baldan-
gij opera. Plura de S. Pirminio habet
Matthæus Raderus in Bauaria Sancta.*

VI.

AMATOR CRVCFIXI

36.

*ad expiationem penitentium Crucis
signum adhibet.*

*Vsus Ec-
clesiæ Ca-
tholicæ.*

ID non vsurpatum tantum in Eccle-
siâ Catholicâ, ab antiquissimis tem-
poribus, quando in tribunali confessio-
nis, absolutionis formula pronūciatur